commodi ex eisdem bonis quovismodo nunc et ab antiquo prove-
nientibus nullis pro se seu suis successoribus aut alio quopiam reser-
vatis pura mera sincera ac irrevocabili donatione perpetuo
ac in aevum dedit donavit inscripsit ac in perpetuum resigna-
vit. Cui eam causam in praedicta bona nunc resignata dat et
admittit realem intromissionem cum actuali possessione ac toto usu-
fructu per ministerialem regni generalem quemvis et testes duos
ad id facilius conducendos dat et admittit submittitque se idem
recognoscens de omnibus bonis suis successores suos ad id de eisdem
bonis onerando eundem donatarem suum et in evento mortis
illius legitimos successores occasione permissorum ab omni
impedimento iuridico et extraiuridico quarumcunque per-
sonarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status
et conditionis existentium per et ultra omnes perscriptiones
terrestres tueri defendere evincere eliberare intercedere
pacificare solusque per se et per submissas personas evin-
ciare omnia ea bona ab omnibus oneribus inscriptionibus quibus-
vis prioribus et posterioribus datum reformationem adeitatibusque
ulteriorumque quorumvis semper munda et libera facere sub
damnis terrestribus simpliciter absque corporali iuramento
sumatis et edicendis. Et coram officio praesenti castrensi capitaneali
Bransensi in primo citationis termino peremptoria censione
omnibus controversiis exceptionibus allegationibus evasioni-
bus infirmitatibus motionibus apellationibus ac earum prosequutio-
nibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque
impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successo-
res ubi abscribendo et abrenunciendo hac sua praesenti perso-
nali recognitione in permissis mediante.

Zebrzicki Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatibus
Bransensibus personaliter comparens nobilis Albertus
filius nobilis Thomae Malinowski sanus mente et corpore
existens palam publice ac per expressum recognovit. Quia
sibi nobilis Lucas olim Martini Zebrzycki ex obligatione
bonorum in haereditate Malinowo Zołdy[?] fatorum sibi per eum
inscriptis ex una decem flor et exatia quinque flor satis persol-
vit ideo ipsum quietat praesens utrasque cassat perpetuo.

245